

68. De quadraginta illis diebus, quibus Christus post resurrectionem suis conversatus discipulis legitur, sic statuimus: Christum jam tum ingressum esse vitam verè cælestem ac spiritualem, ac fuisse in regno Patris, et si in Mundo conversabatur discipulis, non quidem modo ac ratione Mundana, sed novâ prorsus ac singulari, per admirandam quandam oīnōvōpēicāv sive dispensationem, hoc ipsum confirmante Servatore, cum inquit; Hi sunt sermones quos locutus sum, cum adhuc vobis cum essem Luc. 24, 44.

---

### III. ASCENSIO AD COELOS.

69. Expleto tempore quadraginta dierum, per quod ad consulendum discipolorum infirmitati, & confirmandam resurrectionis suæ veritatem Christus in terris, suo tamen quodam modo versari voluit: tandem discipulis Bethaniam eductis inenarrabili cum triumpho, quo hic Sol illustriorem non aspexit, Christus videntibus discipulis à terra elevatus est, ac paulatim longius ac longius ab eis verè recessit in eam usque altitudinem, donec nubes ab oculis discipolorum cum suscepit, ut videre ipsum amplius non possent.

70. Facebat ergò omnis Allegoria, omnis Metaphora, omnis disparitio, quam per insignem injuri-